



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Confessionale, || In Qvo || Vniversa || Materia De ||
Confessione Pec-||catorvm Apvd Catholicos || vsitata per
Quæstiones explicatur**

Eisengrein, Martin

Ingolstadii, 1577

VD16 E 795

XXXV. Vtrùm reseruos casus habenti liceat diuidere Confessionem, ita vt reseruata peccata Superiori, non reseruata verò inferiori confiteatur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30362

Caput III. De Qualitate

Verum, si diuidat ratione personæ, cum confitetur, & peccata quorū antea oblitus fuit, alteri Sacerdoti potestatem absoluēdi illum habenti, & non illi, cui antea confessus est, manifestet, talis, inquam, Confessionis diuisio non impedit Sacramentum.

Questio XXXV. Nunquid reseruos casus habenti licet diuidere Confessionem, ita vt reseruata peccata Superiori, nō reseruata verò Inferiori confiteatur?

Respōsio. SI casus reseruati fuerint censuræ Ecclesiasticæ, nimirum excommunicatio, interdictum, vel irregularitas; tum Superior illos tantum casus audire potest, & ab illis absoluere.

Si verò peccata fuerint, & ab omni censuralibera, & Superior velit Sacramentaliter ab illis absoluere, necessariò debet omnium peccatorum Confessionem excipere, sicque directè à reseruatis absoluens, poenitēs etiam ceterorum consequetur remissionem. Quòd autem Superior, reseruata duntaxat audiens, Sacramentalem Absolutionē impendere nequeat, in causā est, quòd impossibile sit poenitentem absolui ab aliquibus, at nō omnibus; cum si à reseruatis tantum absoluatur, reliqua obstant, quòd minùs gratiæ sit particeps.

Porro

Porro, si pœnitens habens casus reseruat-
tos, prius confiteri velit Parocho, quàm Su-
periori, nullius peccati, neque reseruati, ne-
que nō reseruati cōsequetur Absolutionem.

Quare consultissimum est, primū om-
nium Superiorem adire, & facultatem pete-
re, vt casum reseruatum liceat proprio Sa-
cerdoti confiteri. Quod, si pœnitens id de-
trectet, Confessarius ipse Superiorem con-
ueniet; vt ipsi liceat quendam pœnitentem,
interim eum non nominans, à casu reserua-
to absolueret.

Hanc sententiam approbavit Concilium Cō. Trid.
Tridentinum, dum inquit: In Ecclesia DE I Sess. 14. c. 7
custoditum semper fuit, vt nulla fit reserua-
tio in articulo mortis; atq; idē omnes Sacer-
dotes quoslibet pœnitentes à quibus suis pec-
catis & censuris absolueret possunt: extra quē
articulum Sacerdotes cū nihil possint in
casibus reseruatis, id vnum pœnitentibus
persuadere nitantur, vt ad Superiores & le-
gitimos iudices pro beneficio Absolutionis
accedant.

*Quid, si Superior longē absit, & com-
munionis tempus aduenerit, quid con-
siliū ineundum est pœ-
nitenti?* *Questio XXXVI.*

*Si nullum sit periculum scandali, differri
poterit & Communio & Confessio; Si* *Respōsio*